*ejusdem* admittere in Religiosis velimus, utpote qui, cum nihil proprie habeant, sed qvicqvid acquirant, monasterio cedat, adeoque nihil in præjudicium Monasterii in alios transferre possint, simul etiam donationes in meretrices facere prohibentur. *Conf. Azor. in instit. moral. p. 3. lib. 4. cap. 21. pag. 292. vers. Ultimo. add. etiam Marc. Anton. Peregrin. in tr. de jure fisci lib. 2. tit. 9. Hartm. Hartmanni ab* Eppingen *in Observ. Pract. tit. 43. obs. 8.* 60

# CAP. II.

## De QVÆSTVS MERETRICII NATURA ET JUSTITIA.

### *SUMMARIA.*

*Connexionis ratio.* n. 1.
*Quæstus meretricii definitio & definitionis expositio.* 2. 3. & 8.
*Quæstus meretricius an sit fructus?* 4. & seq.
*An per lucrum definiri possit?* 6.
*An sit proprie pretium aliquod, vel merces?* 7.
*An lupanaria sint permittenda?* 9.
*Quæ quæstio distincte proponitur & deciditur.* 10. & seqq.
*Ad Contraria respondetur cum generaliter, tum specialiter.* 13. usque ad 21.
*Scortationis turpitudo naturalis demonstratur.* 22. cum 3. seqq.
*Explicatur textus in Hos. 1. & 3.* 26. cum 2. seqq.
*Quid de sententia Judæ Gen. 38. vers. 23. sit sentiendum?* 29. & seq.
*Quæstus meretricius naturaliter turpis est.* 31.
*Notantur Moralistæ Pontificii contrarium sentientes & refelluntur.* 32. & seq.
*Sententia de turpitudine quæstus meretricii naturali ampliatur dupliciter.* 34. & seq.
*Eademq; adstruitur ex Jure Divin.* 36.
*Quid intelligendum sit per pretium Canis Deut. 23. vers. 19.* 37. cum 3. seqq.